





Johann Andreas Bauer,  
Pastor zu Groß Düna und Zehnitz,  
Ano. 1700. Der Gang kostet 72 g.



42

*Q. D. B. V.*  
AD ORATIONES  
QVARVM PRIMA

DE

# AVGVSTANA CONFESSI<sup>E</sup>ONE

ALTERA

DE

EIVS APOLOGIA

AGET

BENIGNE AVDIENDAS

OMNES LITTERARVM

FAVTORES AC PATRONOS

INVITAT

PRAEFATVS QVAEDAM

DE

CONVENTV PRINCIPVM

AVGVSTANAE CONFESSI<sup>E</sup>ONI

ADDICTORVM NVMBVRGENSI

M. IO. GEORGIVS *Schultze/*

SCH. CATHEDR. RECTOR.

NVMBVRGI,

*Typis BALTH. BOSSOEGELII, Privil. Typogr.*

AK

42.





Um coetus Lutheranus in eo est occupatus, ut, ad diem XXV mensis iunii, sacra secularia, in memoriam Augustanae confessionis, ante ducentos annos, iniustissimo Romanorum imperatori, Carolo V, exhibatae, solemnari ritu peragat; multae vrbes ad laudem suam commendationemque pertinere arbitrantur, quod diuino illo negotio, prae reliquis, fuerint implicatae. Eo consilio Torgauia edidit XVII illos articulos, quos Lutherus, a principe electore, Ioanne, constantissimo diuinae veritatis confessore, eo euocatus, illius iussu, collegarumque suauu, conscripsit, tanquam primas lineas eius confessionis, quam postea Philippus Melanchthon, pulcherrimani veluti imaginem, viuis, quod dicitur, coloribus expresit. Coburgum vero ostentat domicilium illud, in quo Lutherus hospitatus est, dum comitia illa Augustana, in quibus haec confessionis formula praelonga fuit, ad finem fuerunt perducta. Augusta autem Vindelicorum, qua Lutherana profiteretur sacra, in summa felicitatis sue parte collocat, quod, intra pomeria sua, tuba illa fuit inflata, cuius clangore totus terrarum orbis personuit. In quam celebritatibus communione Numburgum etiam nostrum admittendum videtur, quod hic anno c1561 conuentus principum, Augustanae confessioni ad dictorum, ideo fuit institutus, ut illa confessio, Melanchthonem idemtide corrupta ac depravata, pristinae integritati restitueretur. Etsi enim ille conuentus pertres dierum hebdomas ferme durauit, multisque de rebus in illo deliberatum fuit; testibus tamen DAVIDE CHYTRAEO in *chron. Sax.* qui illi interfuit, omnesque singulorum dierum consultationes calamo exceptit, et GEORGIO PAVLO HOENNIO, qui id negotii sibi datum esse existimauit, ut singulari libro, anno c1561 edito, res in hoc conuentu gestas completereatur, duae praecipue fuere causae, quae principes illos conuocarunt, quarum prima fuit, ut Augustana confessio ab omnibus, qui emendata per Lutherum sacra amplectebantur, principibus solemnis subscriptione confirmaretur. Anno enim c1561 omnium imperii procerum consensu hoc decretum factum fuerat, ut ex illis, quia romanensisibus dissidenterent, hi tantum pace religiosa fruerentur, qui confessioni illi, anno c1530 Carolo V Augustae Vindelicorum exhibatae, essent addicti. Romanenses autem non in proximis solum comitiis, anno c1561 Augustae Vindelicorum actis, sed editis etiam in libris, principibus, ut vocabantur, protestantibus obiecerant, eos non confessioni Augustanae, sed confusione merae perturbationique esse addictos, fereque eorum esse neminem, qui ipsam Augustanam confessionem obseruaret, aut sciret, quenam vera ac genuina illa confessio esset; eique rei illud esse indicio, quod illa confessio nunquam, nisi mutata ac mutilata, publicis litteris describeretur. Accedet, quod plurimi illorum principum Zwinglii sectatores, qui tamen, a primis exhibitiae illius confessionis temporibus, a coetu protestantium exclusi fuissent, aliisque sectis addictos, qui, in dicum iuniorum Saxoniae confutatione, reiecti fuissent, in colloquio VVormatiensi damnare refuta-

cefausserent. Ex quo nihil aliud colligi posse, quam ipsos a sociis fidei suae ac religionis turpiter defecisse. Theologos autem illorum, de singulis ferme confessionis illius capitibus, inter se disceptare; idque ex scriptis eorum liquido apparere, certissimoque esse argumento, ipsos in scitis suis ac placitis sibi non constare. Ut itaque crimen hoc sibi obiectum protestantes principes a se propulsarent, omnemque in posterum calumniandi occasionem romanensibus praeriperent; bene sapienterque decreuerunt, conuocandoles esse septemvirolos principesque, confessioni illi addicatos, ut illam confessionis formulam, quae Carolo V anno 1510 xxx exhibita fuerat, omnium consensu approbatam, solemnique subscriptione confirmatam, imperatori Romanorum, qui criminatio ista romanensium vehementer erat perturbatus, ad innocentiam suam illi declarandam offerrent, atque ut in concilio futuro, quod tantopere vrgabant romanenses, certam omnibusque probatam haberent confessionis formulam, quam, nomine omnium ecclesiarum suarum, proponerent, ne, singulis protestantibus suam confessionem edentibus, coetus suus maiori romanensi ludibrio exponeretur. Conuenerunt itaque anno, ut supra dictum, 1510 Lxi die xx mensis ianuarii Numburgi duo Romani imperii septemviri, Fridericus Palatinus et Augustus Saxo, Io. Fridericus dux Saxoniae, VVolfgangus Palatinus Rheni, Ernestus et Philippus Brunsvicenses, Vlricus Mecklenburgicus, Christophorus VVirtenbergensis, Carolus Badensis, Georgius Ernestus Hennebergicus, Guntherus Schvarzburghensis. Ceteri cum ipso venire non possent, legatos tamen suos hoc miserunt Iohannes II princeps elector Brandenburgicus, Iohannes et Georgius Fridericus marchiones Brandenburgici, Iohannes Albertus Mecklenburgicus, Barnimius et Io. Fridericus Pom. rani, Philippus Hassius, qui tamen et ipse postea venit, Adolphus Hollatus, VVolfgangus aliquippe Anhaltini. Fridericus vero II Danorum rex, ducesque Luneburgici litteras tantum ad principes congregatos dederunt, illis confirmantes, se in societate cum illis sacra per Lutherum emendata tuendi nunquam non permanuros. Postquam igitur per sex vel septem dies actum erat de variis Augustanae confessionis exemplis; principes electores Palatinus et Saxo, exemplum eius nouissimum, anno 1510 xxxx editum, ytpote non rebus, sed verbis, isque ad explicationem doctrinae pertinentibus, a reliquis differens, et in plurimorum hominum manibus versans, reiendum esse statuerunt. Cum vero ceteri principes ac legati adfirmarent, satius fore, si Augustana confessio eadem forma, iisdemque per omnia verbis, quibus Carolo V oblata, et anno 1510 xxxi Vitebergae iterum vulgata esset, subscriptione confirmaretur; duo illi principes electores tandem iis accenserunt, sed ea lege ac conditione, ut noua exemplo illi Augustanae confessionis praefatio praesigeretur, in qua alterum, cum illo per omnia consentiens, approbaretur. Principes etiam illi duo electores existimabant, in illa praefatione mentionem iniiciendam esse et *confessionis ecclesiae Saxonicae*, et *decreti Francfurtani*; Io. vero Friderico, Saxoniae duce, cum reliquis principibus postulante, ut potius articuli Smalcaldici in ea repeterentur; neutrum factum est. Praefatio, a duobus principum electorum consilia-

filiarii, CRACOVIO et EHEMIO confecta, plurimis principum arri-  
fit, paucis exceptis, quos inter et Io. Fridericus', Saxonie dux, erat, qui  
adfirmabat, se in hanc praefationem confessit non posse, nec in subscriptionem  
Augustanae confessionis vniuersalem cum iis, qui eiusmodi errores fouverent, qui  
verbo Dei et Augustanae confessioni repugnarent, fulta prima diuinae legis tabu-  
la, saluoque octavo Dei praecepto; sed tum demum se id facturum, si princeps  
elector Palatinus, cuius filiam duxille sibi matrimonio iunxerat, ceterique prin-  
cipes errores, ab ecclesia Lutherana refutatos, in primis istum *sacramentarum*  
conceptis verbis reiicierent, ingenuaque damnarent. Deinde in praefatione illa fal-  
so adfirmari, nullam in eccllesia nostra dari, qua doctrinam, diffensionem; cum  
tamen, rem fecus se habere, notum omnibus esse atque perspectum: omittend-  
um itaque locum illum esse, ne gladius aduersariis tradiceretur, quo nos menda-  
ciis conflictos iugularent. Cum vero reliqui principes hunc Saxonie ducem ro-  
garent, ne animum, ad confensem foedusque principum, ad communes hostes  
reprimendos delendosque, summopere necessarium, misere turbandum obfir-  
mare; deliberandi tempus sibi dari voluit, suamque sententiam, de tuta re literis  
comprehensam, principibus tradidit; ipse vero praeuidens, se nihil effectu-  
rum, postero die, qui erat tertius mensis februario, ex hac urbe discessit. Id  
aegerrime ferentes principes, legatos ad illum miserunt, declarantes, sibi nihil  
prius antiquiusque fuisse, quam ut ad fiuum illius conuentus Numburgi man-  
asset; cognitis vero discessonis eius causis, se illum celare nolle, subscriptio-  
nem Augustanae confessionis, ob quam conuentus ille institutus fuisset, a se  
decretam, refutationem etiam aduerfae sententiae in articulo de sacra coena,  
vt ipse voluisset, additam. Petere itaque se, vt Augustanae confessioni se-  
cum subscriberet; quod si facere nollet, rogare se, ne theologos suos decreta  
huius conuentus, perinde ac Francofurianum illud, *Samaritanum Interim* vo-  
care ac traducere pateretur; fecus si faceret, se res, in hoc conuentu a prima origine  
gelitas, omnium oculis expositos, aliaque, quae huius rei dignitas necessitasque  
postularet, facturos. Reliquum nunc est, vt de concilio Tridentino aliquid adda-  
mus, quod alterum caput fuit primarium, de quo in hoc conuento principes  
deliberarunt; sed definitum chartae spatium obflat, quo minus id nunc a no-  
bis fieri possit. Quare illud in aliud tempus differentes, paucis nunc indi-  
cabimus, quid nobis propositum fuerit, cum scriptoriem hanc suscipieremus.  
Memores enim superiorum mandati, vt tam oratores facri, quam scholarum  
magistri suis hoc tempore exponant, quantum beneficium nobis eo obtigerit,  
quod Augustana confesio coram imperatore Romanorum, Carolo V, praelecta et  
ab eodem recepta, scriptaque *apologia*, ab aduersariorum calumniis defensa fuerit;  
auctores suos duobus probis, diligentibus ac bene moratis scholae nostrae alum-  
nis, Io. Martino Harting, et Io. Chrissiano Gernert, Numburgenibus, vt  
prius, quam bene de se meritis gratias agerent, alter de *Augustana confessione*,  
alter de eius *apologia* verba facerent. Quibus discursibus faulta quaecum ac felici-  
cia apprecabitur. Io. Andreas Fernschild / Numburgenus, cum prius piis pre-  
cibus votisque Deum veneratus fuerit, ne gaudium nostrum in sacris, quae  
infant, secularibus in lacrimas, immisisse belli aliiisque calamitatibus, abire  
patiatur. Quae argumenta cum sint temporis nostro conuenientia, atque ita  
comparata, vt per se facile sibi audience tam apud omnes, qui emendata per  
Lutherum facra amant, factura videantur; futurum speramus, vt litterarum  
FAVTORES ac PATRONI, etiam atque etiam a nobis rotati, depositis  
tantisper domi grauioribus negotiis, cras hora ante meridiem IX, in aede  
scholae nostrae *cathedralis*, frequentes conueniant, exigui temporis atten-  
tionem his declamarioribus tributuri. Nos vero hoc officii genus recte aesti-  
mabimus, nullam praetermissi occasionem gratos nos illiusque memores  
re ac facto demonstrandri. P.P. Numburgi V calend. mai.

cc 1000 xxx.









78 M 496



DR



Q. D. B. V.  
AD ORATIONES  
QVARVM PRIMA

# Avgvstana Confessione

ALTERA

DE

EIVS APOLOGIA

AGET

BENIGNE AVDIENDAS

OMNES LITTERARVM

FAVTORES AC PATRONOS

INVITAT

PRAEFATVS QVAEDAM

DE

CONVENTV PRINCIPVM

Avgvstanae Confessioni

Addictorvm Nvmbvrgeensi

M. IO. GEORGIVS Schulze/

SCH. CATHEDR. RECTOR.

Nvmbvrgi,

Typis BALTH. BOSSOEGELII, Privil. Typogr.

